

# Fragments de Chartes du Xe Siècle Provenant de Saint-Julien de Tours Recueillis sur les Registres d'État-Civil d'Indre-et-Loire, Nr. 1

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Rotbertus sanctae Turonicae sedis archiepiscopus, notum volumus..... Quoniam deprecatus est nos quidam gregis incliti confessoris Christi beati Martini venerabilis canonicus ac decanus, nomine Teotolo, ut aliquid ex potestate nostra, videlicet ex presbiterio cellulae sancti Vincentii, quae sita est in suburbio Turonicae urbis..... cuidam prefati gregis diacono, nomine Arduino, sub institutione census annuatim reddendum, per hanc nostrae auctoritatis firmitatem concederemus: cujus deprecationem, ut par erat, benigna recipientes animo, concessimus praelibato Arduino ex potestate sancti Vincentii de terra arabili aripenn. II,.... sitos in suburbio Turonicae urbis, juxta arcus antiquos, non longe a cornu monasterii Sancti Martini terminantur etc.....

Et ut haec manusfirma certior habeatur..... manu propria eam subscripsimus et ad canonicos nostrae matris ecclesiae firmari fecimus. XP. Rotbertus. Θηωθωλω; etc.

Data mense aprili, anno IV, regnante Rodulpho rege.